



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quod matutinum consilium sacerdotum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

seductor ille dixit adhuc vivens. Post tres dies resurgam. 64. Iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit a mortuis: & erit novissimus error peior priore, 65. At illi Pilatus: Habetis custodiam, ne custodire sicut scitis eo. Illi autem adventus, manserunt sepulchrum signantes lapidem, cum custodibus.

IN CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM

ARGVMENTVM.



ADDVCTVR ad Pilatum iudicandus & damnandus Dominus. Iudas relatus a gentibus, & de innocentia Iesu testatus laqueo se suspendit. Pilatus etiam Christum innocentem pretestatus, absolvere conatus est. Sed Iudeorum victus importunitate, manus lauat, & condemnat, traditque flagellatum, ut crucifigatur. Cui crucifixi insulant Iudei, at ille tenebris factis, & terramotu, atque adeo velo templi scisso emisit Spiritum, deinde de cruce depositus a Iosepho ab Arimathia sepelitur.

In Syriacâ Ecclesiâ per horas lectio passionis est distributa. Feria sexta ad matutinas preces leguntur ad v. 26. Hinc ad horam tertiam lectio durat ad v. 45. Inde ad nonam lectio ad v. 57. Ultima pars capituli de sepultura, hunc habet titulum *דברא דאברא דאברא דאברא* *Desabbetha dasbarta. Vespere sabbati annunciationis.* Quamquam *דברא* potest, spem, expectationem, sustentationem, significare, quod bona spe sepulchro Dominum condiderint, sperantes & expectantes tertia die resurrectionem. Nec enim video, cur sabbatum annunciationis vocetur. Accommodatissime autem sabbatum spei & expectationis, cum post tot in morte signa, etiam centurio, & turbe, filium Dei confiterentur. Iosephus & Nicodemus pro cadauere mortui totius gentis inimicitiam non vererentur suscipere.

VERSVS I.

Mane autem facto consilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi adversus Iesum ut eum morti traderent.

QVÆSTIO I.

Quod matutinum consilium sacerdotum?

S. 1. **M**ane facto *πρωίως γενομένης*, subaudi *ἀγεγν*, cum matutina hora esset, conuenerunt omnes principes sacerdotum, multo plures, quam notu fuerint; Syrus non habet particulam, omnes, ut etiam alij codices nonnulli omittunt dictionem *populi* & simpliciter tantum seniores ponunt, ut aureus codex apud Erasmodum. Marcus addit his etiam scribas; Illud porro, omnes in omnibus latinis & Græcis exemplaribus inuenitur, etiam in vernissimâ codice collegij Molfemensis, in quo etiam capita distincta non sunt, alij tamen interdum tituli positi sunt, ut hoc loco: *ὅτι τῆς ἰσθμίας μεταμελείας, de Iuda penitentia.*

S. 2. Conueniendi & consultandi causa non erat, ne quid iniquè aut præpropere in iudicio sanguinis ageretur, quod tamē in primis curis habere oportuit: nam homo res sacra est, & in laude regentium nihil magis commendabile est, quam suppliciorum considerata parcitas; sed, ὅπως αὐτὸν θανάτωσι, quomodo ipsum occiderent. Sic & Syrus, *דברא דאברא דאברא דאברא* *danmitumichi*, Ad verbum: mortificarent. Mortis enim autē, modum eius, & tempus, non causam quaerebant. Mane autem venire, & virgere supplicium constituunt, ne forte concurrente populo, & tam multis Domini amicis, aliquid interueniret, quo minus opacatum finem tenerent. Ideo & iam iudicatum, & suo omnium præiudicio condemnatum adducunt ad Pilatum. & communi sententia præsidem vigent, ut lege in ipsum agat. Auctoritate enim adversus Christi innocentiam nituntur, cum causa se inferiores esse experiuntur. Ita Theophyl. *ὁ δὲ τὸν διάβολον πῶς ὁλως αὐτὸς κατέσχευεν, ἐν τοιαύταις ἡμέραις πείρασ. φρονεῖν, ἐν*

αὐτὸς πῶς ὁλως ἐθεὶ θυσιῶν καὶ προσφορῶν ὑπὲρ τοῦ αὐτοῦ μαρτυρῶν, καὶ ἀγνέας καὶ καθ' ἀπορίας, οἱ δὲ καὶ δευτέρως ἀγαγόντες πρὸς τὸν ἡγεμόνα Πιλάτον.

Vide diabolum quomodo totos illos possideret, suadens in illis diebus eadem facere, quibus multis victimis & oblationibus opus erat, pro alijs peccatis, & puritate & munditie, hi vero vincunt, & ducunt ad præsidem Pilatum.

Porro toti in eo sunt ut præfidi probent, quas finxerunt calumnias. Quasi idcirco matutino consilio terant, quod illud plenius esset, & quod ne eterna iudicia iure & lege essent irrita. Quamvis hoc tempore non inusitata, cum Romani sententiam pena per crudelitatem fruerentur. Hinc apparet cur ab illis iudicia Deus, regnumque in Romanos transtulerit, quod nulla in Iudæa vel iustitiæ species amplius teneretur. Pilatus enim alioquin improbius multo legum, & æquitatis, quam sacerdotes, est tenacior. Regna autē transferuntur de gente in gentem propter iustitiam. Et totum hoc consilium ita in Christum exarsit, ut ab eo res penderet, manibus suis Christum dilaceraturi viderentur. Præcipua tamen crudelitas fuit Ananias, cuius & posteri seuitiam imitati sunt, vili, de quo narrat Iosephus l. 20. antiq. c. 8. Ille enim pietificatio motus est, quod Iacobum, alioque infando iudicio curasset occidi.

S. 3. Nec ab eorum tamen furoribus vita Domini pendebat, sed ad hoc eos effrenescere diuina providentia permisit, ut ipso die festo, summa videlicet mundi solennitate, humanum genus redimeretur. Licet enim & veteres prophetarunt. Hanc rationem Christomus hom. 81. producit. *ἐπειδὴ, inquit, ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν ἀνελὼν, αὐτοὶ δὲ ἐκ τῶν ἰσχυρῶν ἐπὶ τῇ ἐορτῇ, ὅτι τὸν ἡμέραν ἀγῶσι. οὐ δὲ μοι σέβεται πῶς συνελθὼν τοῦ πατρὸς ὡς ἐν ἐορτῇ γίνεσθαι. ἅπαντες δὲ ἀνὰ τὴν προφητείαν.* Nam quoniam interficere ipsum statuerunt, & propter die festum non poterant ad Pilatum eum ducere. Tunc ro confidera quomodo res ita compulsa est, ut in die festo ageretur. Quippe ita jam a præfictis temporibus fuerat huius significationem. Quamvis enim ipsi ab eo consilio abhoruerunt, festinandum tamen rati medio festo facinus delin-gnauerunt.

VER-